PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 213r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et pluuiae fiunt · cum diluunt delinquentes ⁊

Misit signa · quando in passione xp̄i terra tremuit · saxa disrupta sunt ⁊ dictum est signum ab eo · qd̄ significet prodigia · quasi porro digia · id̄ longe p̄cedentia · que nunc facit · cum animas fideles per aliqua p̄missa signa conuertit ⁊ Pharao · dissipatio · diabolū significat ⁊ In omnes seruos · qui illi seruiunt ⁊ Illius enim serui sumus · cui spontanea mente seruimus ⁊

Seon interpretat̄ temptatio oculorū ⁊ Amorrei amaricantes ⁊ uere amara sunt uitia · quae nob̄ ab illa beatitudine iocundissima deducunt ⁊ haec habent regem diabolum · qui ē temptatio oculoꝝ ⁊ ista d̄s occidit · quando nos a taliū seruitute liberabit ⁊ Og conclusio ⁊ Basan confusio ⁊ Merito ergo confusionis rex · clusio p̄hibet̄ ⁊ diabolus eñi concludit nob̄ regnū celeste · et in confusione ducit ⁊ Chanaan cōmotio ⁊ illa regna cōmouent nos adō quas ille occidit · qui crucē p omniū salute suscepit ⁊

Iudicabit dn̄s iudeos · n̄ credentes · quia noluer̄ ee ipsius · quos decunctis eligerat nationib · ad possidendū ⁊ et in seruis suis · id̄ fidelib · quib · dictū ē ⁊ qui credit in me non iudicabit̄ · sed transiet de morte ad uitā ⁊

am fecit ⁊

Qui producit uentos de thesauris suis · qui percussit primogenita egypti · ab homine usq · ad pecus ⁊

Emisit signa & prodigia in medio tui egypte · in pharaonem & in omnes seruos eius ⁊

Qui percussit gentes multas · & occidit reges fortes ⁊

Seon regem amorreorum · & og regem basan · & omnia regna chanaan ⁊

Et dedit terram eorum hereditatem · hereditatem israhel populo suo ⁊

Dn̄e nomen tuum in eternum · dn̄e memoriale tuum in generationem & generationem ⁊

Quia iudicabit dn̄s

Ventos apostolos dicit · quorum praedicatio totum mundum tam quam uentus celerrimus percussit ⁊ De thesauris · de archanis caelestib · ⁊ primogenita mundi percutit d̄s · quasi aegypti · quando natos homines originali peccato · sua inspiratione correxerit ⁊ Ab homine · id̄ a prudentioribus huius saeculi · usque ad mansuetos ac simplices uiros ⁊

Gentes dicit cateruas uitiorum ⁊ has percutimus · quando satisfactione · perpuenitentiam uulneramur ⁊ qd̄ illis ē uulnus · nobis est salus ⁊ Reges fortes · spiritus inmundos dicit · qui se mundat delictis · illos facit extraneos ⁊

Terra illa est · quam sine dubio xp̄iani aeterna pace possideant ⁊ Hereditatem israhel · ipsa perpetuitas est · in qua nos sua gratia ciuit ⁊

Praecatur ergo · ut in humano genere nomen eius semper debet permanere · et hoc nobis sit hereditas sempiterna ⁊ memoriale dī est · quicquid in scripturis scīs · cōmotione saluberrima continet̄ ⁊ Sc̄lm sc̄li · sig diem sempiternū ⁊